

libr. par. ¶ Si vero aliquis minor quindecim annis percusserit aliquem maiorem quindecim annis, solvat penam decem libr. par. ¶ Et ¹⁾ si quis maior quindecim annis percuteret aliquem minorem quindecim annis, solvat eandem penam libr. decem par. Salvo statuto de homicidio membro mancho et debilita-
 5 tione membri in suo robore duraturo. ²⁾ ¶ Si vero aliquis percusserit vel verberaverit sine armis aliquem prenunciatum ³⁾ ribaldum portapissem vel meretricem in pustribulo, puniatur in discrezione domini a pena centum sold. par. inferius, considerata qualitate persone et delicti. ¶ De cive vero ad civem
 10 a decem annis inferius, sit in libertate domini a dicta pena centum sold. inferius, si alter alterum offendisset, si querela ad dominium pervenerit per suum maiorem, si habuerit. ¶ De ribaldis vero prenunciatis ⁴⁾ [et] consimilibus personis, et de foresibus committentibus de supradictis vel aliquod predictorum,
 15 et de forense ad civem et de cive ad forensem, sit et remaneat in discrezione domini a penis predictis inferius; excepto statuto de homicidio et membro mancho sive obtruncato vel debilitato, secundum formam statutorum in suo robore dura-
 20 turo. ¶ Insuper dicto statuto non obstante volumus quod quilibet ex parentibus et quilibet dominus corrigere et verberare possit filium vel filiam nepotem vel neptem et quemlibet alium
 123 B familiam et subdictum suum sive // mercenarium et mercenariam stantem cum ipsis, ac etiam vir uxorem, quocunque
 25 modo voluerit, sine aliqua pena; excepto statuto de homicidio et membro obtruncato vel mancho, ut supra dictum est predicto libro, secundo capitulo. ¶ Et quod si aliquis excessum predictorum factus fuerit coram domino potestate vel vicario loco potestatis vel in maiori consilio vel in palacio comunis, sive cum armis sive sine armis, vel ipsum excessum fecerit
 30 tractatim sive commiserit, pena sit cuilibet civi duplicata. ¶ Et quod in omnibus capitulis supradictis in hoc statuto contentis, si aliquis percuxerit aliquem ad sui defensionem, ad nullam penam teneatur. ¶ Et si post malefictum commis-

¹⁾ *Et - par.* aggiunta marginale.²⁾ *testo: duraturis.*³⁾ *premiatum.*⁴⁾ *prenunciatis.*